

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Udrag fra Doctissimo et hummanissimo viro ... [Gravskrift over Hans Frandsen]

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 178. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-idm139660972147776/facsimile.pdf> (tilgået 24. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

[E Petri Gassendi *Tychonis Brahe Vita* (Parisiis 1654)]

DOCTISSIMO ET HUMANISSIMO VIRO, DOMINO	301
IOANNI FRANCISCO RIPENSI, MEDICINÆ GALENICÆ	
DOCTORI, POETÆ ET MUSICO EXIMIO	
OMNIBUSQUE BONIS CARO.	5
S I mortale nihil deceat perferre Camœnas,	
Sique Poetarum fama perennis erit,	
Arte Machaonia, docuit qui primus Apollo,	
Si Libitina tuum jus inhibere licet,	
Mufica, lætitiæ, genitus, conviçtus amicus,	10
Si cita Parcarum filtere fila queant:	
Quæris, in hoc tumulto cur condidit oſa Iohannes	
Francifcus? curque is condidit ante diem?	
Quem Mufæ et Charites adeo coluere, quod inter	
Præcipuos vates nomen habere darent,	15
Et cui contribuit facundi cura Galeni,	
Conſpicuus Medica Doctor ut arte foret,	
Mufica mentem hilarem, facilis conviçtus amicos,	
Egregium mores attribuere decus.	
Ille levera tamen poterat nec flectere fata	20
Et multo luſtris plus ſupereſſe decem.	
Scilicet eſt certi præfixus terminus ævi,	302
Quem ſuperare nequit; ſtat ſua cuique dies.	
Nec mors læva ulli parcat, licet ipſe Machaon	
Arte fiet Medica, carminibusque Maro,	25
Orphea ſeu cantu ſuperet, ſeu Theſea amore;	
Eſt adeo claris mors inimica viris.	
Ergo nihil mirum eſt, quod fatiſ ceſſit iniquis	
Vir, qui perpetuo vivere dignus erat.	
Forſitan et mores hominum terrasque perofus	30
Optabat ſuperis civis adeſſe Dijs.	
Nec fruſtratus in hoc, Chriſto duce, gaudet Olympo:	
Heic fine fine quies, vita ſaluſque datur.	
Obijt Anno 1584. Ætatis ſuæ 52.	
Amico poſt fata, quod vivo, addixit.	31
TYCHO BRAHE F.	

[Ex